

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 66. Lollardorum tumultus in Anglia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1412.

§. LXVI.

*Lollardorum tumultus in Anglia.*

Walsing.  
p. 574.

Conc. Gen.  
tom. XI.  
p. 2323.

Vid. supra  
lib. CL. §. 5.  
& 6.

Idem Henricus IV Anno Domini millesimo quadragecentesimo decimo adversus Lollardos seu Wiclefistas valde rigorosum promulgabat edictum. At Hæretici non modo affixis ad Ecclesiarum Londinensium valvas libellis, exercitum ex centum armatorum millibus consutum contra omnes suæ sectæ aduersantes sibi præsto esse declararunt, sed reple jam ineunte hoc anno millesimo quadragecentesimo duodecimo ingentes in regno tumultus fuscitarunt, atque aperto Marte aduersus Clerum & Ecclesiæ dogmata insurgere cœperunt. Quibus permotus Thomas Arundelius Cantuariensis Archiepiscopus suorum Suffraganeorum conventum cogit, & nobilem quemdam Oldcastellum nomine, Lollardorum Principem in judicium vocat, atque eidem, ut undecima Septembbris die per se compareret, præcipit. Hic autem spreta citatione castrum suum, quod incolebat, munitionibus firmat. Nihilominus tamen comprehensus ad turrim Londonensem rapitur, frequentesque de eo habentur quæstiones, cum vero proxime aduersus illum ferenda esset sententia, e turri fuga tese proripuit, & libertati reddi-

redditus, vindictæ cupidine exardescens Sæcul. XV.  
apertam concitavit seditionem, quæ ta- A.C. 1412.  
men nonnisi anno sequenti in publicas  
prorupit flaminas.

§. LXVII.

*Aurelianensis fœdus cum Anglia.*

In Francia Ducis Aurelianensis factio plurimis urbibus sese ejus imperio subtrahentibus indies decrescebat, præferunt cum & ipsa Aquitania atque Occitania ad Regem deficerent, regimen Bituricum Ducis excutientes. Quapropter Dux ad incitas redactus, illisque Provinciis, ubi majori antea valebat auctoritate, expulsum se cernens, in armorum societatem Anglos evocat, initis tamen ejusmodi pactis, quæ vel maxime in Franciæ ruinam tendebant. Decumbebat eo tempore Rex gravi infirmitate pressus, nec de fœderis conditionibus prius quicquam cognoscebat, quam sanitati restitutus esset. Ex illo autem temporis puncto stirpem Aurelianensem, eoquod hostes essent sibi infensissimi, funditus exscindere decernit, atque ad Ecclesiam S. Dionysii se conferens flammeum Galliæ vexillum vulgo *Auriflamma* dictum ibidem recipit, quod nunquam nisi vel adversus juratos regni hostes, vel contra infideles explicari solebat.

Y 2      §. LXVIII.